

- |                                                                                                                         |                                                                                                    |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 7. Gladiis se offerebant,<br>Nemo dignus impunitus<br>Velut quedam simulacra<br>Ad delendam gentem sevam                | cursim cuncti properant,<br>absque pena corporis:<br>apparebant pallida.<br>convenerunt principes. |
| 8. Hibant namque tabescentes<br>Lora, frenum commedentes<br>Huc illucque circumvolventes<br>Ad delendam gentem sevam    | velut canes rapidi,<br>vel portarium colla.<br>efflabant passim animas.<br>convenerunt principes.  |
| 9. Inter fratres erant bella,<br>Dum de manibus non solum,<br>rapere cibos certabant<br>Ad delendam gentem sevam        | parentes ac liberos,<br>sed de ipsis faucibus<br>alter ab alterutrum.<br>convenerunt principes.    |
| 10. Kadebant passim vel certatim<br>Crucifigi qui clamabant<br>Participes Iscariotis<br>Ad delendam gentem sevam        | seniores populi,<br>angelorum principem,<br>adherebant tellori.<br>convenerunt principes.          |
| 11. Linguis quondam venenatis<br>Iam silebant nec audebant<br>Ad postremum commedebant,<br>Ad delendam gentem sevam     | increpantes dominum<br>nec mutiri quispiam,<br>quod reiectant bestię.<br>convenerunt principes.    |
| 12. Maria namque inter omnes<br>Prolem perimit, serra secat<br>Partem edens, partem servans<br>Ad delendam gentem sevam | opulenta femina<br>dulcis nati viscera,<br>tradidit predonibus.<br>convenerunt principes.          |
| 13. Nuper natus nullus vivit,<br>Omnis etas, uterque sexus<br>Nullus audet, nullus valet<br>Ad delendam gentem sevam    | exsiccata ubera;<br>dira fame corrui;<br>sepelire proximum.<br>convenerunt principes.              |
| 14. Oberrantes tunc predones<br>Sude sulcus, nullam passim<br>Flagellis senes verberabant,<br>Ad delendam gentem sevam  | per meatus corporum<br>referentes gratiam;<br>trucidabant iuvenes.<br>convenerunt principes.       |
| 15. Plangi quidem nemo valet<br>Absque voce palpitabant<br>Redolet in castris Titi<br>Ad delendam gentem sevam          | propter flatum tenuem,<br>semiviva pectora;<br>odor cunctis nequior.<br>convenerunt principes.     |
| 16. Quod cum Titus inspexisset,<br>Valles plenas ac paludes,<br>Inrigarum, mox inmenso<br>Ad delendam gentem sevam      | de humana corpora<br>iacebant cadavera<br>pavore concutitur.<br>convenerunt principes.             |